

## **Terms and Conditions**

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

### Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

### Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

more atq; iure solita erant fieri. **Q**ui uxorem ducturus erat ab eo unde ducenda erat stipulabatur eam in ma-  
 trimonium ductum iri: qui daturus erat: itidem spondebat daturum: is contractus stipulationum sponsionūq;  
 dicebatur sponsalia. Tum quæ promissa erat sponsa appellabatur. qui sponderat ducturum. sponsus. sed si  
 post eas stipulationes uxor non ducebatur. aut non ducebatur. qui stipulabatur ex sponsu agebat. Iudices cogno-  
 sciebant. Iudex quamobrem data accepta uel non esset uxor quærebat. Si nihil iustæ causæ uidebatur litem pecu-  
 nia æstimabat. quātiq; interfuerat eam uxorem accipi aut dari eum qui sponderat. aut qui stipulatus erat cō-

demnabat. **H**oc ius sponsaliorum obseruatum  
 dicit **Seruius** ad id tempus quo ciuitas uniuersa  
 latio lege iulia data est. **N**æc eadē **Noratus** scri-  
 psit in libro quem de nuptiis composuit. **H**æc  
**Selius** Atq; ut. i. postquā **Simo** pater comperit  
 id est deprehendit cognouit. **I**nde dici solet cō-  
 pertum est mihi. uel habeo exploratum & per-  
 ploratum ē mihi. uel habeo exploratum & per-  
 spectum. ut ergo comperit amorem pamphili  
 filii. simulat. i. fingit. nuptias futuras. i. faciendas  
**N**am futurus interdum a sum es retinet significationem. **I**nterdum a suo fis. ut hic. uocis tamen formatione a  
 neutro deriuatur. sed a uerbo antiquo suo suis futum futu. **N**uptiæ autem siue matrimonium (nam idem  
 tantum sui præteritum quod uerbo sum es est accomodamus. **N**uptiæ autem siue matrimonium (nam idem  
 sibi uolunt) ut institutionibus titulo de patria potestate. uiri & sceminæ coniunctio est indiuiduam consuetudi-  
 nem uitæ continens. pater ergo simulat futuras nuptias cupiens. i. uolens cognoscere. quid animi. i. quem ani-  
 mum ut quid causæ est. id est quæ causa. quid rei id est quæ res. filius suus pamphilus haberet pamphilus non re-  
 pugnat subire nuptias quæ apparabantur ei sua su. i. admonitione **D**auī callidi serui. sed ut. i. postq; **C**hremes pa-  
 ter philomenæ despōsata seu destinata pamphilo uidit puerulum natum ex glycerio amata a pamphilo quæ  
 reuera erat passibula. recusat. i. renuit ipse **C**hremes nuptias. i. matrimonium contrahi cum pamphilo a puer  
 proprium diminutiuum sit puellus ut a puera quod dicebatur puella quod autem puerulus dicitur. potius a pue-  
 rus nominatiuo manare iudicatur. **I**psē pater abdicat. i. expellit a se generum non qui esset sed qui futurus spe-  
 rabatur. **A**bdicare est expellere a bonis filium dum uiuit pater. **E**x hæredare uero est filium a bonis paternis ex-  
 pellere post mortem patris. sed abdicare est grauius. quod etiam in se ex hæredationem cōtinet. **M**ox. i. statim  
 post conuersionem factam omnium turbationum & rixarum **C**hremes dat pamphilo in uxorem hanc **G**lyce-  
 rium cuius amore tenebatur pamphilus. agnitam. i. recognitam **A**gnoscamus enim uetera. cognoscimus noua  
 filiam. i. quæ agnita fuit esse filia **C**hremetis quæ passibula dicebatur. **I**n sperato aduerbium. i. præter spem in-  
 opinato præter expectationem præter opinionem. nam cum agnita fuit non sperabant parentes se unquā  
 suos filiam quam mortuam putabant & ipse **C**hremes dat aliam scilicet philomenam coniugem. id est uxo-  
 rem charino adolescenti atheniensi. **A**liam posuit pro alteram. Nam duas tantum filias habebat **C**hremes  
 Philomenam & Passibulam.

**¶ Ad Lectorem**

**E**gregius uir **Lazarus** de soardis de **Sauiliano** librorum impressor spetiali gratia obtinuit a **Se. Ve. Domini**  
 ne cui liceat cuiuscunq; gradus uel conditionis aut imprimere aut imprimi facere **Terentiū** cū duobus cōmen-  
 tis uidelicet immi cendo cum **Donato** commentum **Guidonis** Iuuenalis **Cenomani**: nec imprimendo solum  
**Guidonis** **Commentum** neq; uenetiis neq; alibi locorum sub ditione **Veneti** imperii possitorū nec impressum  
 alibi in dicta ditione uendere intra spatium illius temporis in gratia constituti & scripti sub pœna amissionis  
 librorum & librarum. **xxv.** pro singulo uolumine dicti **Terentii** impressi cum **Guidonis** commento seu uendi  
 ti ut supra. **C**uius pœnæ medietas sit arsenatus **Veneti** & alia medietas ipsius **Lazari**.  
**Augustino** **Barbadico** **Serenissimo** **Venetiarum** principe regnante. **Anno Domini. M. CCCCXCIII.**